Sit omnibus notum. Quod nos Petrus de Villario heres et proprietarius mansi de Villario parrochie de Marenmagna et eius
uxor Margarita gratis et ex certa sciencia convenimus et facimus nos personas proprias et solidas vobis domine Ermessendis
Dei gratia abbatisse monasterii Sancti Danielis Gerunde et dicto vestro monasterio et successoribus vestris imperpetuum cum omni prole
nostra generanda et rebus nostris mobilibus presentibus et futuris pro eo quia redempti et liberi ab omni dominio dicti tem-
poralis intramus mansum predictum de Villario dicte parrochie quem titulo emptionis adquisivimus ego dictus Petrus
de quo manso vos dicta domina abbatissa et vestrum monasterium habetis et habere debetis homines et mulieres de
servitute redemptionum et intestiarum et exorquiarum et aliorum ad directum dominium pertinentium. Sic quod promittimus vobis
dicte domine abbatisse et vestro monasterio et successoribus vestris quod erimus vobis et dicto vestro monasterio et succes-
soribus vestris imperpetuum fideles et legales de corpore et avere et de omnibus membris prout boni homines esse debent suo
bono domino naturali. Et quod non intrabimus causa habitandi aliquod castrum villam civitatem vel locum privilegiatum
nec aliquid aliud faciemus vel tractabimus aut consentiemus occulte vel manifeste propter quod possitis iure dominii
et dominationis quod et quam in nobis et prole et rebus nostris habetis et habere debetis amittere et minus adqui-
rere quoquomodo. Obligando ad hec vobis et dicto monasterio et successoribus vestris imperpetuum nos et omnia bona nostra
mobilia presentia et futura ubique. Et propter hec facimus homagium videlicet ore dicta mulier manibus et ego
dictus Petrus ore et manibus comendantes Petro Imporii clerico sedis Gerunde procuratori vestro et in vestro nomine
recipienti. Promittentes vobis dicte domine abbatisse et vestro monasterio et successoribus vestris imperpetuum in posse notarii subscripti
vestro nomine stipulantis. Et proprie iurantes per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter tacta predicta omnia rata
grata et firma habere attendere et complere et non contravenire aliqua ratione. Actum est hoc Gerunde vicesima
octava die octobris anno Incarnationis Domini Millesimo CCC° sexagesimo. Sig+num Sig+num Petri de Villario et Margarite
eius uxoris predictorum qui hec firmamus et laudamus predicta iuramus. Testes huius rei sunt Petrus dez Vilar de
Marenmagna et Petrus Ferrarii pator Gerunde.

Sig+num Raymundi de Brugera notarii publici [illegible] [illegible] scriptor pro predicto notario scribi [illegible]
fecit et clausit.

T. 295 X 277

28-10-1364

AC 1474

nº 894

Confermo de Homenatge
del Mas Vilàx de Madre:
manya. . . . . Nº 2.

AMV p. 5

Confermo de

N. 2 del primer [illegible] de Madremanya

Homanatges del mas Vilar de
Madremanya en favor de de S. Daniel

947